Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

de hac re sit daret consolationem. Oratione vero peracta.
ante quam sacerdos diceret dominicam orationem. respici
ens iuvenis in capsulam. vidit linteolum quod infusi
one vini paulo ante colore sanguineo fuerat
tinctum. ita effectum candidum. ut nulla umquam
candidatrix aliqua ablutione vel candidatione
sic posset efficere fulgidum. Quod prefatus iuvenis
cernens gavisus est gaudio magno. et extunc ar
dentius sanctam dei genitricem dilexit. totoque ei animo
servivit. omnesque quos potuit in eius amore accendit.
Hoc vero miraculum dum aliis fuisset cognitum. cum
grandi leticia deum et sanctam mariam magnis lau
dibus ut decet pro tali re glorificaverunt. et ei deinceps
devotius servierunt.

De imagine b. MARIE

Est et alia quedam ecclesia in honore sancti mi
chahelis constituta in monte qui dicitur
tumba in pielago maris. in hac monachorum mul
titudo sub regulari instructione famulabatur
domino. Contigit autem quodam tempore ut succenderetur
ipsa ecclesia divino iudicio. fulgore de celo in
ea cadente. Erat autem ibidem imago quedam de
center ex ligno fabricata in sancte dei genitricis
marie veneratione. habens super caput suum
in modum mitre candidum velamen. Igitur cum
pervenisset ignis ad locum ubi erat imago illa
omnia que circa erant combussit. ipsam vero imaginem
quasi expavescens omnino intactam reliquit.